



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvodlibet X. Continet Quæstiones VII. Articulos vero XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ita contigerit, possent ad errorem perducere. ergo Ecclesia in talibus errare non potest.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in epistola ad Hiero. qd si in scriptura canonica aliquid mendacium admittatur, nutabit fides nostra, quæ ex scriptura canonica dependet: sed sicut tenemur credere illud quod est in sacra scriptura, ita illud quod est communiter per Ecclesiam determinatum, vnde hæreticus iudicatur qui sentit contra determinationem conciliorum. ergo cõmune iudicium Ecclesiæ erroneum esse non potest, & sic idem quod prius.

RESPON. Dicendum, qd aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod reatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur. Dico ergo, qd iudicium eorum qui præsent Ecclesiæ potest errare in quibuslibet, si personæ eorum tm respiciatur. Si vero consideretur diuina providentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit, Ioan. 14. quod Spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessarijs, scilicet ad salutem, certum est qd iudicium Ecclesiæ vniuersalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Vnde magis est standum sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam in iudicio profert, quàm quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinionum. cum Caiphas, quàmuis nequam, tamē quia Pontifex, legatur etiam infcius propheta esse, Ioan. 11. In alijs vero sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio vero sanctorum medium est inter hæc duo: quia tamen honor quem sanctis exhibemus, quædam professio fidei est, quæ sanctorum gloriam credimus, pie credendum est, quod nec etiam in his iudicijs Ecclesiæ errare possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Pontifex, cuius est canonizare sanctos, potest certificari de statu alius cuius per inquisitionem vitæ, & attestatiõnem miraculorum, & præcipue per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

AD SECVNDVM dicendum, quod diuina providentia præseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur.

Finis noni quodlibeti.

INCIPIT QVODLIBET DECIMVM.

QVÆSTIO PRIMA.

QVÆSTIVM est de Deo, angelo, & anima.

¶ De Deo quæsitæ sunt tria.

¶ Primo, De eius vnitæte.

¶ Secundo, De eius iudicio.

¶ Tertio, De eius sacramento.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnitas aliquid positive dicat in diuinis, & non remotionem tantum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod vnitas aliquid positive dicat in diuinis, & non

A remotionem tantum, secundum opinionem Magistri. Ex priuationibus enim non constituitur res aliqua: sed ex vnitatibus constituitur numerus, qui est res, cum sit species quantitatis. ergo vnitas non dicitur secundum priuationem tantum.

¶ 2 Præ. Numerus sequitur distinctionem. Si ergo vnitas, & numerus in diuinis non dicerent rem aliquam, non esset in diuinis realis distinctio, quod est hæresis Sabelliana.

¶ 3 Præ. Si vnitas, & numerus in diuinis dicuntur solummodo remotione: per vnitatem autem nihil aliud videtur remoueri quàm numerus, nec per numerum aliud quàm vnitas, sequitur quod vtrumque istorum in diuinis dicitur secundum negationem negationis: sed negatio negationis non est, nisi secundum rationem tantum. ergo vnitas, & numerus non essent realiter in diuinis, quod est inconueniens: & sic vnum & numerus aliquid positive dicunt in diuinis.

SED CONTRA. Omne quod prædicatur de aliquo, prædicatur de eo secundum propriam rationem: sed ratio vnus in negatione consistit. Est enim vnum, quod non dividitur secundum Philosophum. ergo de Deo prædicatur secundum remotionem tantum.

¶ 2 Præ. Secundum Philosophum in 10. Meta. vni & multa opponuntur, sicut priuatio, & habitus: priuatio autem dicitur per remotionem tantum. ergo vnum, quod inter prædicta duo tenet locum priuationis dicitur per remotionem tantum.

¶ 3 Præ. Vnum supra ens, non addit aliquid secundum rem, quia sic res non esset vna per suam essentiam, addit ergo aliquid secundum rationem tantum: sed quod est secundum rationem tantum, vel est negatio, vel relatio. Cum ergo vnum supra ens non addat aliquam relationem, quia ad aliquid non dicitur, videtur quod addat negationem.

RESPON. Dicendum, quod vnum quod est principium numeri, de necessitate aliquid positive dicit in eo, cui attribuitur, quia cum ex vnitatibus numerus constituitur, nisi vnitas res aliqua esset, numerus res esse non posset, & sic non posset poni in aliquo genere tamquam species. Si ergo vnum, quod conuertitur cum ente, sit idem, quod vnum, quod est principium numeri, oportet quod etiam vnum, quod conuertitur cum ente, aliquid positive superaddat enti, & hoc concedit Auicenna. vnde vult, quod vnum, quod conuertitur cum ente, addat supra ens aliquid, quod ad gentis mensuram pertineat. Sed hoc non potest esse, quia cum vnum, quod conuertitur cum ente, de qualibet re dicatur, oportet quod etiam vnum, quod addit supra ens, sit vna, & sic, vel erit vna per aliquam vnitatem additam, & ita erit processus in infinitum, vel erit vna per essentiam suam, quod si est, stadium est in primo, vt. ens ipsum dicatur vnum per essentiam, non per aliquam rem additam. Sic ergo intelligendum est secundum opinionem Aristotelis, & Commentatoris eius, quod vnum, quod conuertitur cum ente non superaddit enti rem aliquam, sed solum negationem diuisionis: & sic huiusmodi vnum, & ponit aliquid in quantum in suo intellectu includit ens, & dicitur remotione quantum ad id, quod superaddit enti. Vnum vero, quod est principium numeri, quod superaddit enti aliquid de genere mensuræ, & similiter numerus cuius est principium, inueniuntur in rebus habentibus dimensionem, quia talis numerus causatur ex diuisione continui, & hic numerus. scilicet ex diuisione continui causatus, est subiectum Arithmetica, etiam secundum Auicennam.

Quodlib. S. Tho. I Nulla

Tex. cap. 9. 6. Phy. tex. com. 25. & 5. Meta. tex. com. 11. 16.

1. p. q. 11. a.

D. 79.

Nulla autem conditio propria rei corporalis potest dici de Deo, aut de aliqua substantia spirituali. Vnde fm hoc vnum & numerus, quæ continentur in genere quantitatis, non dicuntur de Deo, & de alijs substantijs incorporeis, sed solum vnum, quod conuertitur cum ente, & multitudo ei opposita: & ideo vnitas in diuinis non dicitur, nisi remotiue, quantum ad id, quod superaddit enti, quàmuis ponat aliquid, secundum quod includit ens: est enim vnum ens indiuifum.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd obiectio illa procedit de vno, quod est principium numeri.

AD SECUNDVM dicendum, qd obiectio illa procedit, si nullo mō vnum, & numerus aliquid ponent realiter in diuinis, ponunt autē ens, & rem distinctam, vel indistinctam quantum ad hoc, qd ens includitur in ratione vnus, vt dictum est.

AD TERTIVM dicendum, qd in ratione multitudinis includitur negatio rei, sed in ratione vnus negatio negationis, & rei simul: quod sic patet. Vnum enim est, quod non diuiditur, diuisio autem est, quæ negatur per vnum, quod conuertitur cum ente: oportet autem, qd sit talis, qd in omni diuisione saluetur, hæc autem est diuisio per affirmationem, & negationem, & ideo huius diuisionis negatio constituit rationem vnus. Est enim vnum, quod non diuiditur tali diuisione, qd sit accipere hoc, & non hoc, & sic vnum in quantum negat affirmationem, & negationem, simul est negatio rei, & negationis simul. Prædicta vero diuisio includitur in ratione multitudinis, & sic includitur ibi negatio rei, quia multa sunt, quæ sic diuiduntur, qd eorum vnum non est alterum.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit descensurus ad iudicium in terram.

4. d. 47. q. 1.
a. 1. q. 1. o.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur qd Christus non sit descensurus ad iudicium in terram, quia super illud Psal. Dominus in templo sancto suo & c. dicit glō. Quod Deus in celo sedens, de bonis, & malis iudicat. ergo iudicium non est futurum in terra, sed in celo.

¶ 2. Præ. Ad dignitatem iudicis pertinet, qd iudicandi ad eum accedant, & non e conuerso: sed Christus est dignissimus iudex, cuius locus est celum. ergo homines ascendent illum, vt ibi iudicentur, non autem ipse in terram descendet homines iudicaturus.

¶ 3. Præ. Si iudicium sit in terra futurum, præcipue videtur quod sit futurum in valle Iosaphat, vt habetur Ioe. 3. sed locus ille non posset tantam multitudinem hominum capere, & sic non est ibi futurum iudicium. ergo in nullo loco terra.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Thessa. 2. qd Christus in iussu, & in voce Archangelis, & in tuba Dei Descendet de celo, & ita videtur, qd iudicium in terra, non in celo sit futurum.

¶ 2. Præ. In iudicio cōparebunt nō solum electi, sed etiam reprobi, qd habebunt corpora grossa, & grauiora: & sic non cōpetit eis locus cœlestis, sed terrestris, ergo iudicium nō est futurum in celo, sed in terra.

RESPON. Dicendum, quod iudicium ordinatur ad retributionem præmiorum. Vnde secundum duplex præmiū, scilicet animæ, & corporis, est duplex iudicium Dei. Vnum quo beatificat, vel damnat homines quo ad animam, & hoc iudicium per totum hoc tempus agitur. Aliud est iudicium quo præmiabuntur, vel punientur homines, etiam quantum ad corpora, & hoc iudicium fiet

post resurrectionem in fine tēporis. Primum autē iudicium cōuenit Christo ratione diuinitatis, sed fm ratione humanitatis, quia sicut dicit Aug. super Io. Verbum Dei viuificat aīas, sed verbum caro factū viuificat corpora: vnde et Ioa. 5. dicit. Potestatis dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic ergo vltimum iudicium est futurum in loco qui Christo comperit rōne suæ humanitatis. scilicet circa terrā illam, vbi natus est & passus, & reliqua humanitatis cōpleuit officia: propter quod dicit qd in valle Iosaphat iudicium est futurum, quia vallis illa subiacet monti Oliueti, vnde Christus ascendit in celo, vt sic ostendatur idem esse qd ascendit regnaturus, & qui delectus dicit iudicaturus, fm illud Actuum. 1. Quem admodum vidistis eum ascendentem in celum, ita veniet.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd gl. illa loquitur de primo iudicio, quod comperit Christo rōne diuinitatis, rōne cuius et celum ei pro loco assignatur, non quia diuinitas loco claudatur, sed quia in celo præcipue inter ceteras corporeas creaturas apparent iudicia maiestatis diuina: vnde celum locus Dei dicitur, & sanctorum, qui Deo fruuntur.

AD SECUNDVM dicendum, qd accessus ad locū iudicis. i. ascensus in celum est premium quod ex iudicio reportatur, vnde debet iudicium leg. non precedere: non autē ita se habet ad iudicium humanū accessus ad locum iudicis, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, qd in iudicio neg; Christus, necq; electi erunt in terra, sed solum reprobi. Christus enim & electi erunt in aere, fm illud 1. ad Thessa. 4. Rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera: reprobi autē erunt nō solum in valle illa, sed in regione circumquaque, vnde Christū & electos videre poterunt tum rōne altitudinis, tum rōne claritatis.

ARTICVLVS III.

Vtrum species vini, quæ remanet in sacramento altaris post consecrationem, alij liquori commisceri possit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qd species vini, quæ remanet in sacramento altaris post consecrationem, alij liquori cōmisceri non possit, quia secundum Philof. in 1. de generatione, miscibilia sunt in misto potentia, non actu. si ergo illa species vini alteri liquori miscetur, post missionē nō remanebit illa species in actu, sed deficiente specie deficit esse corpus, vel sanguis Christi: sed hoc est inconueniens, quia fm Philof. quæ sunt miscibilia, sunt etiam separabilia, & sic illa species alicui liquori admixta poterit iterum separari, qua separationē facta erit ibi verum corpus Christi cū ea, vel sanguis, cum tandiu corpus, vel sanguis Christi sit sub specie, quandiu species est, & sic sanguis Christi de nō incipiet esse sub specie vini alio modo, quam per consecrationem, quod etiam est inconueniens, ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quod species vini post consecrationem alteri liquori miscetur.

SED CONTRA. Forma misti est forma accidentialis: sed accidens superueniens non corrumpit substantiam: ergo post missionem speciei cum aliquo liquore, adhuc remanet ipsa species, & sic non sequitur inconueniens prædictum.

RESPON. Dicendum, qd qdā dicunt, illis speciebus nullo modo posse admisceri aliquē liquorē, quia tunc sub totis illis speciebus desinat esse sanguis Christi: & hoc iō, quia mutatis speciebus nō remanet ibi veritas

ritas sanguinis Christi: per additionem enim cuiuscunque liquoris sit alia quantitas, quæ subsistit in illo sacramento alijs accidentibus, sit enim maior quantitas, & sic non remanet ibi sanguis Christi. Sed hoc non videtur verum, quia species quæ in sacramento post consecrationem remanent, eodem modo corrumpuntur, & non aliter quàm accidisset de substantijs præexistētibus, quorum species manēt, sicut ad sensum patet, quod interimatur & alijs modis transmutentur omnino, sic accidisset de substantia panis, aut vini ante consecrationem. Cōstat autem per admissionem vnius guttæ aquæ non fuisse totum vinum destructum: unde nec propter hoc tota species vini corrumpitur post consecrationem, nec oportet si augetur quantitas quod propter hoc sit ibi alia species. Nam ipsa additio non tollit essentiam dimensionis, sed variat terminationem eius quæ quædam variatur non solum per additionem, sed etiam per diuisionem: unde si talis variatio sufficeret ad hoc, quod desineret esse sub speciebus corpus, vel sanguis Christi, sequeretur quod per diuisionem specierum similiter esse desineret, quod patet esse falsum. & id dicendum, quod aliqua admistio alterius liquoris facit ut totaliter desinat esse sanguis Christi sub speciebus, & aliqua non, sed solum sub parte specierum. Si enim esset substantia vini ibi, si alius liquor in magna quantitate admisceretur, totaliter illud vinum corrumperetur, & desineret esse vinum, si liquor admixtus esset alterius speciei, uel desineret esse hoc vinum si esset eiusdem speciei. Si autem alius liquor in parua quantitate admisceretur, non posset illius liquoris permissio ad totum vinum peruenire, sed ad aliquam partem eius quam uariaret, uel sub speciebus, si esset alterius speciei, quam per missionem non totaliter amitteret: uel sub numero, si esset eiusdem speciei uel speciei suam per missionem totaliter amitteret, sicut gutta aquæ proiecta in amphoram vini. Sic ergo si speciei post consecrationem fieret tanta permissio extranei liquoris, quæ sufficeret ad totam substantiam vini corrumpendam, sic ibi desineret esse sanguis Christi sub totis speciebus: si autem non sit tanta permissio, desinit esse sub parte. Nam dato quod ille liquor permissus in speciem vini mutetur, non tamen conuerteretur in sanguinem Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod facta permissione speciei cum alio liquore, non remanet species eadem uel secundum speciem, uel sub numero, uel secundum totum, uel secundum partem. & sic sub toto, uel sub parte non remanent sanguis Christi, sed substantia vini: nec est facta separatio de nouo ibi sanguis Christi, quia miscibilia quæ separantur a misto, non redeunt eadem numero, sed eadem specie.

AD SECVNDVM quod in cōtrarium obijcitur, dicendum quod forma missionis dupliciter potest intelligi. Vno modo forma, per quam corpus mistum in specie collocatur, & sic est forma substantialis: per hunc enim modum forma lapidis est forma misti. Alio modo, est forma misti qualitas quædam media resultans ex simplicibus qualitatibus comistis. Cui ergo dicitur, quod forma accidentalium substantiarum non destruit, posset dici quod uerum est, tamen destruit accidentia, & sic species sacramentales, quæ sunt accidentia, post comissionem non manent: sed hæc solutio non est secundum ueritatem. Nam forma missionis cui sit quedam qualitas media, non permutat nisi simplices qualitates ex quibus componitur: species autem sacramentales non destruantur quibuscunq; quali-

A ratiobus variatis: quia si odor vini, uel color mutaretur, non propter hoc desineret ibi esse sanguis Christi, nisi dimensiones quæ cæteris accidentibus subsunt, vicem substantiæ gerentes secundum essentiam destruerentur, quod aliter accidere non potest, quàm accidere de substantia vini, si ibi esset: & ideo aliter dicendum est, quod accidens non corrumpit subiectum effectiue, sed dispositiue. Posita enim qualitate, quæ est necessaria dispositio ad formam ignis, scilicet calore in summo, remouetur forma aeris: & similiter posita media qualitate, quæ est necessitas ad formam misti, auertur forma corporis simplicis.

QVÆSTIO II.
ARTICVLVS IIII.

Verum duratio Angeli habeat prius, & posterius.

DEINDE queritur de Angelo, utrum duratio Angeli habeat prius, & posterius. videtur quod sic. In eo enim cuius duratio non habet prius, & posterius, idem est esse, & fuisse. Si ergo in duratione Angeli non est prius, & posterius, idem erit Angelum esse, & fuisse: sed hoc est impossibile, quia Deus potest facere, quod Angelus non esset, cum non possit facere, quod non fuerit, ergo inconueniens est dicere, quod in duratione Angeli non sit prius, & posterius.

C 2 Præ. Nullum creatum est infinitum in actu: sed duratio Angeli est infinita ex parte post, ergo non est tota simul in actu, & ita est ibi prius, & posterius.

C 3 Præ. Mensura debet esse proportionata mensurato: sed esse Angeli est finitum in actu, ergo esse, quod est eius mensura, est finitum, & sic idem, quod prius.

C 4 Præ. Ratio æternitatis in hoc perscitur, quod est tota simul, quia secundum Boetium in 3. de consolatione, æternitas est interminabilis uita tota simul, ac perfecta possessio. Si ergo æuum, quod est Angeli duratio, non habeat prius, & posterius, non videtur ab æternitate differre.

SED CONTRA. Secundum Philosophum in 4. phys. Propter prius, & posterius in motu, est prius, & posterius in tempore, quod mensurat motum: sed in esse Angeli non est aliquis motus, nec illud esse aliquo modo motui subiaceret, ergo in æuo, quod est eius mensura, non est prius, & posterius.

C 2 Præ. Tempus nihil aliud est, quàm numerus prioris, & posterioris. Si ergo in æuo sit numerare prius, & posterius, æuum nihil differt a tempore.

RESPON. Dicendum, quod de re aliqua possumus loqui dupliciter. Vno modo, secundum quod est in rerum natura. Alio modo, secundum quod est in consideratione nostra. Primo modo accipitur substantia rei cum omnibus suis dispositionibus, & operationibus, quia sine his substantia non inuenitur in rerum natura: sed secundo modo potest accipi substantia absque suis dispositionibus, quia consideratio substantiæ non dependet a consideratione suarum dispositionum. Accipiendo ergo mensuram durationis secundum primum modum, sic soli Deo competit duratio, quæ sit tota simul, & non alicui creature, eo quod solus Deus est immutabilis quantum ad essentiam, & quantum ad omnia, quæ circa essentiam considerari possunt. Qualibet autem creatura est variabilis, uel secundum substantiam, uel secundum aliquam dispositionem, aut operationem: & secundum hoc Augustinus. 21. q.

Quodlib. S. Tho. I 2 ad

D. 130.

ad Orosium, ponit oēs creaturas esse in tempore etiam Angelos: sed accipiendo mensurā durationis Angelis secūdo modo, prout cōsideratur eius substantia absolute, eius mensura est aūm, & nō tempus, de quo quidem aūo est duplex opinio. Quidam enim dicunt, q̄ in aūo est prius, & posterius, sed nō sicut in tempore: In tempore namq; est prius, & posterius cum inuouatione, in aūo aut sine inuouatione: sed hoc non est intelligibile. Impossibile est enim esse alicuius durationis duas partes simul, quarum vna alteram non includat, sicut mensis includit diem, vnde simul est aliquid in die, & in mense: sed duo dies, & duo menses simul esse non possunt. Vnde quodcumque in aliqua duratione ponuntur duæ partes, quarum vna est prior, & altera posterior, oportet q̄ vna transeunte, alia de nouo adueniat, & sic oportet in omni duratione, in qua est prius, & posterius, q̄ fiat inuouatio. Mensura autem durationis inuouationem habere non potest, nisi illud quod per durationē mēsuratur, inuouationem recipere possit. Esse autem Angeli est absq; inuouatione, quia ex quo cœpit esse, immutabiliter perseverat, eum nec in eo sit motus, nec sit alicui motui subiectum, sicut esse rerum corruptibilium est subiectum motui cœlesti. Sic ergo si attribuat mensura Angeli quātum ad substantiā tantum, illa nō habet prius, & posterius: sic enim mensuratur eorum esse aūo. Et similiter si attribuat eis mensura durationis quantum ad essentialē operationem a beatitudinis: sic enim sunt in participatione eternitatis. Si vero attribuat eis mensura durationis rōne aliarum operationum, vel affectionum, sic eorum mēsurā habet prius, & posterius, & ita etiā mensuratur tempore, s̄m quod dicit Aug. 8. super Gene. ad litteram, q̄ Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

D. 131.

D. 499.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ rei aternæ, vel æternæ aliquid potest attribui dupliciter. Vno modo, rōne sui ipsius, & sic non attribuitur ei neq; fuisse, neq; futurum esse, sed solum esse: quia in preterito, & futuro implicatur prius, & posterius, nō autem in presenti. Alio modo, ratione mensuræ adiacentis, vel subiacentis, id est vite temporis, & sic attribuitur ei fuisse per concomitantiam ad tempus præteritum: & futurum esse, per concomitantiam ad tempus futurum. Ipsum enim momentum eternitatis adest toti tempori: vnde dicit Aug. de Deo, q̄ fuit, quia nūquam defuit: erit, quia nūquam deerit. Sic ergo Deus nō potest facere Angelum non fuisse, quia nō potest facere quin tempus præteritum simul cum esse Angeli fuerit: potest autem facere Angelum nō esse, quia potest facere, vt esse Angeli nō sit simul cum tempore, quod præsens est nunc, vel erit in futuro, & sic ista diuersitas magis dependet ex modo locutionis, quam ex natura rei.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ infinitū dī dupliciter. Vno mō. priuatiue, & sic nō attribuit, nisi illis quæ habent extensionē, vel quantitatem, hoc enim solum natum est habere finē: & ita eūm nullo modo habet infinitatē, neque a i quā extensionem, nisi quatenus extensio in eo cōsideratur ex operatione mensuræ subiacentis. sc̄p̄oris, & ita nullū creatum est infinitum in actu. Alio modo, dicit infinitum negatiue, i quia nō habet finem, & sic indiuisibilia dicunt infinita, vt punctus, & vnitas, quia non sunt finita, & hoc mō aūm est infinitum, quia nō non finitur. Sic autem aliquid creatum esse secundū

aliquid infinitum actu, nihil prohibet.

Ad TERTIVM dicendum, quod per eundem modum est infinitum esse angeli, & aūm.

Ad QVARTVM dicendum, quod inter æternitatem & aūm potest assignari triplex differentia, quarum vna potest sumi ex prædictis: nam æternitas mensurat ipsam substantiā æterni, secundum quod est in rerum natura, id est, cum omnibus quæ ei attribuantur, non autem aūm, vt dictum est. Alia sumitur ex hoc, quod æternitas mensurat esse per se stans, vnde æternitas est idem cum substantiā æterni. A eūm autem mensurat esse creatum, quod nō est per se stans, quia est aliud a substantiā entis creati.

Tertia potest sumi ex hoc, quod aūm, quāuis sit indeterminabile ex parte finis, non tamen ex parte principij, æternitas vero ex parte vtriusque.

QVÆSTIO III.

DE INDE QUÆRITUR DE ANIMA.

¶ Et primò, Quantum ad naturam.

¶ Secundò, Quantum ad gratiam.

¶ Tertiò, Quantum ad culpam.

¶ Quartò, Quantum ad gloriam.

¶ Circa naturalia animæ quæsitum est de eius substantiā, & de eius operatione.

¶ Circa substantiam quæsitum sunt duo.

¶ Primò, Vtrum anima sit suæ potentia.

¶ Secundò, Vtrum secundum suam substantiam sit incorruptibilis.

ARTICVLVS V.

Vtrum anima sit suæ potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Vt q̄ aia sit suæ potentia: quia in lib. de spiritu & anima dicitur, quod anima est quædam sua, scilicet potentia, quædam vero sua non est, scilicet virtutes.

¶ 2 Præter. Aug. dicit i. lib. de Tri. q̄ memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna mens, vna vita, vna essentia: sed hæc tria, s̄m Magistru 3. dist. 1. lib. sent. sunt tres aia vires. ergo vires animæ sunt ipsa eius essentia.

SED CONTRA est, quod Dion. 1. c. cel. hier. dist. dicitur, quod superiores substantias. s. angelos, in tria. s. substantiam, virtutem, & operationem: sed angelus non est minoris simplicitatis quàm anima. ergo & in anima sua substantia non est sua virtus, siue potentia.

¶ 2 Præter. Eorum quæ sunt idem, si vnum multiplicetur, & reliquum si ergo anima sit idem quod suæ potentia, videtur, cum potentia sint multe, quod essentia animæ vna esse non possit.

RESPON. Dicendum, quod de anima dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est quedam substantia, & sic est impossibile est quod anima sit suæ potentie duplici ratione, quarum vna sumitur ex eo quod est anima proprium, quia scilicet impossibile est vt idē secundum idem sit naturaliter principium plurium, & diuersorū numero, immo quasi oppositorum. Anima autē secundum diuersas potētias inuenitur esse principium actū diuersorum secundum species, & quasi oppositorū. Vnde impossibile est q̄ ipsa essentia aia, quæ est vna, sit immediatum horum principij, & id oportet ponere in anima, præter eius substantiam, potētias naturales.

rurales, quæ sunt horum actuum immediata principia. Secunda ratio sumitur ex eo quod est commune animæ, & omni substantiæ creatæ. In nulla enim substantia creata est idem esse, & operatio, hoc enim solius Dei est. Essentia autem est essendi principium, potentia vero operationis: ergo cum ab vno naturaliter non sit nisi vnum, nulla substantia, nisi diuina, est sua potentia. Nec est instantia de potentia materia, etiam dato quod sit vna essentia, quia talis potentia non est ad operationem, sed ad esse. Alio modo, possumus loqui de anima secundum quod est quoddam totum potentiale, & sic diuersæ potentie sunt diuersæ partes eius, & ita anima prædicatur de potentijs, vel econuerso abusiua prædicatione, sicut totum integrale de suis partibus, vel econuerso: quàmuis minor sit abusus in toto potenciali quàm integrali, quia totum potentiale secundum suam substantiã adest cuilibet parti, non autem integrali. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Utrum anima rationalis sit corruptibilis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod anima rationalis sit corruptibilis, quia secundum Dam. Nulla substantia potest esse sine propria operatione: propria autem operatio animæ rationalis est intelligere, quæ indiget corpore, cum non sit intelligere sine phantasmate, vt patet per Philosophum in 3. de anima. ergo destructo corpore substantia animæ rationalis non manet.

¶ 2 Præ. Illud quod habet virtutem vt sit semper, non inuenitur quandoque esse, & quandoque non esse: omnis enim res est quædiu virtus rei exposcit. ergo quod inuenitur quandoque esse, & quædoque non esse, habet virtutem vt sit temp: sed omne quod inceptit esse, inuenitur quandoque esse, & quandoque non esse, ergo nihil quod inceptit esse, habet virtutem vt sit semper, & ita nihil quod inceptit esse, potest esse incorruptibile: sed anima rationalis inceptit esse, ergo non potest esse incorruptibilis.

¶ 3 Præ. Hominis compositi ex corpore & aia est quoddam esse, aut ergo præter hoc esse aia habet aliud esse, aut non. Si habet aliud esse, ergo cõpositio aduenit aia post esse completum. ergo hmoi compositio est aia accidentalis, & sic homo nõ erit ens per se, sed ens p accidens, quod est inõueniẽs. Si autẽ non habet aliud esse aia præter esse cõpositi, ergo postq̃ deficit esse compositi, anima esse nõ potest: sed in morte corporali deficit esse compositi, ergo aia post mortem corporis non remanet.

¶ 4 Præ. Anima est forma corporis: aut ergo per essentiam, aut per aliquod accidens. Si per accidẽs, sequitur quod compositio animæ & corporis sit accidentalis, sicut hominis ad indumentum. Si per essentiam, ergo cum forma, in quantum est forma, non possit esse sine materia, videtur quod anima post mortem corporis remanere non possit.

SED CONTRA est, qd Phil. dicit in 1. de aia, qd ronale separatur ab alijs, sicut ppetuũ a corruptibili. ¶ 2 Præ. Philof. in 10. Ethic. ostendit felicitatem contemplatiuam præminere ciuili, eo quod est diuturnior: sed ciuilis durat usque ad mortem, ergo contemplatiua est etiam post mortem, & sic etiam anima post mortem corporis manet.

RESPON. Dicendum, quod necesse est ponere

A substantiã aia rationalis esse incorruptibile. Si enim corrumpitur, aut corrumpitur per se, aut per accidens. Per se quidẽ corrumpi nõ posset, nisi esset cõposita ex materia, & forma contrarietate habente, qd esse nõ põt, nisi esset elementum, aut ex elementis, vt antiqui philosophi posuerunt, quoru positiones in 1. de aia reprobantur. Per accidens etiã corrumpi non põt, nisi poneretur, qd non haberet esse per se, sed solum esse cum alio, sicut est de alijs formis materialibus, quæ proprie non habent esse subsistens, sed sunt per se cõpositorum subsistẽtium, quorum sunt partes, & sic per accidens corrumpuntur cõpositis corruptis: hoc autem de aia rionali dici nõ potest. Nã quod nõ habet per se esse, impossibile est, qd per se operetur: vnde etiã aliæ formæ non operantur, sed composita per formas. Anima autẽ rationalis habet per se operationẽ, quã exercet nullo organo corporeo mediante. intelligere, vt probat Philof. 3. de anima. Nõ enim posset omnium sensibiliũ formas cognoscere, nisi ab omnibus formis sensibilibus esset denudata. vel nisi esset actus omnium, cũ nihil recipiat, qd iam habet. Oportet ergo si anima per aliquod organũ intelligeret, qd suum organũ careret omni forma sensibili, cũ oes formas sensibiles sit nata intelligere, sicut pupilla caret omni colore ad hoc, qd visus possit oes colores cognoscere. Impossibile est autẽ esse aliquod organum corporale carens omni forma sensibili. relinquitur ergo substantiã animæ intellectuã esse incorruptibilem. Vnde & Philof. dicit in 1. de aia, qd intellectus videtur esse substantia quædam, & non corrumpi. Hunc autem incorruptibile intellectũ quidã ponunt extra homines esse, ponentes animã quæ est pars hominis, corruptibilem fore, cui ponunt intellectum separatum continuari dupliciter.

Vno modo, per illustrationẽ secundum eos, qd ponunt intellectum agentem separatum incorruptibile: intellectum vero possibilem coniunctum corruptibile. Alio modo, per continuationem intellectus ad phantasmata fm eos, qui ponunt etiã intellectum possibile esse separatum incorruptibilem. Sed primum horum esse non põt, quia si in nobis non est aliqua virtus, nisi materialis, lumen intellectus agentis nõ poterit in nobis recipi, nisi materialiter, cum receptũ sit in recipiẽte p modũ recipiẽtis, & ita nõ recipietur modo intelligibili, & sic nos non poterimus esse intelligentes. Similiter fm esse non põt, nã phantasmata sunt in nobis per nostrã operationẽ, quæ sequitur esse substantiale, quia sic homo nõ haberet esse specifi cum ex hoc, qd est rationalis, cum nõ sit rationalis, nisi ex hoc, qd intellectui coniungitur. Restat ergo, qd ipsa anima humana, quæ est forma corporis, sit incorruptibilis.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd anima indiget aliquo corporali ad suam operationem dupliciter. Vno modo sicut organo, per quod operatur, sicut indiget oculo ad videndum, & sic ad intelligendum non indiget aliquo organo, vt probatum est. Si autẽ sic indigeret organo ad intelligendum, esset corruptibilis, vt pote non potes per se operari. Alio modo, anima ad operandum indiget aliquo corporali sicut obiecto, sicut ad videndũ indiget corpore colorato, & sic aia rationalis indiget ad intelligendũ phantasmata, quia phantasmata sunt, vt sensibilia intellectuã aia, vt dicitur 3. de aia. Operatio autẽ, quæ sic indiget aliquo corporali principio, non põt sine corporali illo, potest autẽ postea: sicut aia sensitua

Tex. 66. 6.

D. 190.

Tex. 2. 30.

1. p. 4. r. 2. 6. 8. d. ani. ar. 1. 4. 0. & 1. 4. 8. ar. 6. c. & 1. p. 4. 76. art. 3. ad 1. Tex. 66. 30.

Tex. 66. 31.

nullam operationē habere pōt, nisi prius mouea-
tur à sensibilibus, quæ sunt extra animā: sed præter
ea remanet actus imaginationis, etiam sensibilibus
absentibus: similiter destructis phantasmatibus ope-
ratio intellectiva in anima remanere potest.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ illa rō est proba-
tio Philo. in 1. cor. & mundi, qui ostendit, q̄ omne
generatū est corruptibile, & habet locū in illis, quæ
sunt, & corrumpuntur naturaliter, in quibus ex defe-
ctu virtutis est, q̄ non possunt, nec semp̄ fuisse, nec
semp̄ fore: nō aut̄ habet locū in his, q̄ per creatio-
nē fiūt, quæ accipiūt a Deo virtutem, vt sint semp̄,
p̄ quam esse non possunt anteq̄ eam accipiant.

AD TERTIVM dicendū, q̄ anima esse suum cōi-
cat corpori, q̄ quidē ita acquiritur anima in cor-
pore, vt s̄m ipsum subsistere possit, quod nō est de
alijs formis, & sic ipsum esse animæ sit esse compo-
siti, & tamen manet composito destructo.

AD QVARTVM ergo dicendum, q̄ anima s̄m suā
essentiam est forma corporis, nec destructo cor-
pore destruitur anima, quantum ad id, s̄m quod est
forma, sed solum desinit esse forma in actu.

QVÆSTIO IIII.

DEINDE quaritur de operatione animæ.

¶ Et circa hoc quaruntur duo:

¶ Primo, Vtrum anima intellectiva omnia, quæ
cognoscit, cognoscat in prima veritate.

¶ Secundo, Vtrum anima separata a corpore ha-
beat actus sensitiuarum potentiarum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum anima quicquid intelligit, intelligat
in prima veritate.

s. p. q. 12. d.
21. ad 3. q.
84. art. 4. o.
& q. 16. art.
6. ad 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ ani-
ma quicquid intelligit, intelligat in prima ve-
ritate. Augu. enim dicit in lib. confessio. Si ambo
viderimus id verum esse, quod dico, vbi quæso vi-
demus? non ego in te, nec tu in me, sed ambo in
ea, quæ supra nos est incommutabili veritate, & sic
omne verum, quod anima cognoscit, in prima ve-
ritate videt.

¶ 2 Præter. Verum addit supra ens manifestationē.
ergo prima veritas est per quam omnia manifestā-
tur: sed id quo aliud manifestatur, oportet esse ma-
xime manifestum, sicut patet in principijs demon-
strationis, & de luce corporali, per quam visus cor-
pora videt. ergo prima veritas est maxime omni-
bus mentibus manifestata, & sic non solum per eā,
sed in ea omnia cognoscuntur.

SED CONTRA. Multi de conclusionibus demō-
stratiuis veram cognitionem habent, qui de prima
veritate nihil considerant. ergo non omne verum
in prima veritate cognoscitur.

¶ 2 Præter. Augu. dicit in lib. de lib. arb. q̄ nullus de
prima veritate iudicat, & nullus sine ea recte iudi-
cat, & ita si de ea non iudicatur, non cognoscitur,
nec alia in ea.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit quæ-
dam gloss. supra illud Psal. 11. Diminutæ sunt ve-
ritates &c. Ab vna prima veritate multæ verita-
tes in mentibus hominum resultant, sicut ab vna
facie hominis resultant multæ facies in speculo
fracto: hæc autem resultatio veritatis est quan-
tum ad duo, scilicet quantum ad lumen intellectu-
ale, de quo in Psal. 4. Signatum est super nos lumen
vultus tui Domine, & quantum ad prima prin-

cipia naturaliter nota siue sint complexa, siue inco-
plexa. Nihil autem possumus veritatis cognoscere
nisi ex primis principijs, & ex lumine intellectu-
ali, quæ veritatē manifestare nō possunt, nisi s̄m quod
sunt similitudo illius primæ veritatis, quæ hoc est
habēt quandā immutabilitatem & infallibilitatem.
Sic ergo in prima veritate secundum suā essentiam
non oīa videntur a nobis in statu viæ, cum nec ipsa
per suā essentia viatoribus videatur, sed in ipsa ra-
tione suæ imaginis. Veritatis ab ea exemplata oīs
veritas a nobis cognoscitur: & exinde est, q̄ duo
idem verum vident, in quantum ab eadem prima ve-
ritate resultat exemplata veritas in mente viatoris,
& ita intelligendum est dictum Augustini.

Et sic patet solutio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ operari aliqua, siue
mouere, dī dupliciter. Vno modo, sicut principio
formali operationis, vel motus: & sic oportet q̄
motio mouētis, vel operatio operātis terminetur
ad id quod operatur. Non. n. ignis calefacit calorē
quo calefacit. Alio modo, sicut instrumentum, & sic
motio mouētis terminatur ad id quod mouet, sicut
manus baculo mouet lapidē, & baculo mouet. Id
ergo quo cognoscimus sicut instrumentum, oportet
eē nobis primo notū, & sic cognoscimus conclusio-
nes p̄ principia naturaliter nota, ad quæ comparatur
intellectus agēs sicut ad instrumenta, vt dicit Cōm-
tator in 3. de aīa. Sed id quo cognoscimus sicut for-
ma cognoscētis, nō oportet esse notum, quia nec
oculus videt lucē, quæ est in oculi cōpositione, ne-
que speciē p̄ quā videt. & ita est non esse necessarium
vt quicumq; intelligit aliquid, intelligat intellectu suū
quo intelligit, vel lumen intellectuale. Sic ergo ve-
ritas a prima veritate in mētibus nostris exemplata
a nobis partim cognoscitur, vt de necessitate ad hoc
quæ alia in ea cognoscitur. Quantum ad ipsa prin-
cipia, & partim nō de necessitate cognoscitur. Quantum
ad ipsum intellectuale lumen. Ipsa vero existens ve-
ritas a nobis per suam essentiam non videtur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum anima separata possit habere actum sensiti-
uarum potentiarum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt q̄ aīa separata
Castiodorus. n. dicit in lib. de aīa, q̄ anima sine cor-
pore videt, & audit, & reliquis sensibus viget.

¶ 2 Præter. Lucē 16. quædam dicitur de diuinitate in infer-
nū sepulto, q̄ sine actu sensuum eē non possunt sed
constat q̄ ibi erat tñ aīa diuinitatis sine corpore. ergo
aīa sine corpore operationē sensuum habere pōt.

¶ 3 Præter. Frustra est illa potentia quæ non reducitur
ad actum: sed in anima post mortem remanent
potentiæ sensitiuæ. ergo & actus sensuum.

SED CONTRA. Sēire est opatio cōiūcti. ergo de-
structo cōiūctio in aīa separata remanere non pōt.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est in aīa
separata alicuius potētie sensitiuæ actū esse, q̄ sic
patet. Operatio namq; potētie sensitiuæ eodē mo-
do perficitur in hoīe & in bruto, eodē n. modo vi-
det homo p̄ oculū quo equus. Actus aut̄ sensitiuæ
potētie in bruto nō est ipsius aīæ sensitiuæ p̄ se, sed
mediante organo. Si. n. p̄ se hēret operationē, aīa sen-
sitiua in bruto p̄ se haberet subsistentiā, & sic eēt in-
corruptibilis, vt de aīa rationali probatū est. Vnde
cum

um sit hoc incontinens, impossibile est quod in bruto, vel in homine potentia sensitiva habeat aliquem actum proprium: sed omnis actus eius est coniuncti, unde in anima separata remanere non potest. Quidam tamen dicunt animam sensitivam habere duos actus, unum, quem exercet organo medianre, qui post mortem non manet: alium, quem per seipsam agit, & hic manet post mortem. Hoc autem videtur attestari opinioni Platonis de anima, qui ponebat animam sensitivam movere seipsam, & sic movet corpus, & sic illa operatio, qua movebat seipsam, erat sibi propria: alia vero, qua movebat corpus, erat coniuncta, & propter hoc Plato ponebat animas, etiam brutorum, esse incorruptibiles: hoc enim de necessitate sequitur, quod tamen isti non concedunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut operationes voluntatis propter quadam similitudinem nominantur nominibus passionum, quae sunt in appetitu sensitivo: ita etiam intellectus operationes nominantur ab operationibus sensuum propter similitudinem, & sic loquitur Castiodorus.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa verba quae dicuntur de diuite, oportet metaphorice intelligi, vel secundum rerum similitudinem, & non secundum res ipsas, ut Augustinus dicit.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum quosdam, in anima separata non manent potentiae sensitivae actus, sed in radice tantum. Si autem actu manent, non ideo frustra erunt, quamvis actibus careant: manent enim ad naturae integritatem, sicut membra generationis in resurgendum corporibus.

IN QVAE S T I O V.

DEINDE queritur de his, quae pertinent ad gratiam.

- ¶ Et circa hoc queruntur tria.
- ¶ Primo, De praecipio honorationis parentum.
- ¶ Secundo, De consilio quantum ad votum obedientiae.
- ¶ Tertio, De voto continentiae.

ARTICVLVS IX.

Verum aliquis teneatur contrahere vt dote sustentet patrem, si aliter non possit.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod ille, cuius pater non potest sustentari a filio nisi contrahendo accipiat dorem, unde patrem nutrire possit, non teneatur contrahere vt patrem sustentet. Cum enim charitas sit ordinata, plus aliquis tenetur sibi, quam patri: sed laudabile esset, si aliquis propter virginitatem seruandam se morti exponeret, ergo non tenetur aliquis pro seruanda patris vita matrimonium contrahere.

¶ 2 Præceptum non contrariatur consilio: sed de virginitate seruanda est consilium, ut patet 1. ad Corinth. 7. ergo per praecipium de honoratione parentum non obligatur aliquis ad hoc, unde virginitatem perdat.

SED CONTRA. Praecipium affirmatiuum obligat pro loco & tempore: sed tempus de honoratione parentum est quando parentes indigent, ergo tunc obligatur aliquis ex tali praecipio, & ita videtur quod teneatur matrimonium contrahere, si alias patri subuenire non possit.

RESPON. Dicendum, quod casus propositus non videtur esse de facili possibilis. Vix enim contingere potest, quod aliquis parentes sustentare non possit absque

A matrimonij contractu, saltem manibus operando, vel mendicando. Si tamen hoc contingeret, esset idem iudicium de virginitate seruanda in isto articulo, & de alijs perfectionis operibus, sicut est introitus in religionem, de quo quidam varie opinantur. Dicit enim aliqui, quod si aliquis habet patrem indigentem, debet ei dimittere si quid habet ad eius sustentationem, & sic potest licite religionem intrare, paratum curam patri coelesti committens, qui etiam aues pascit. Sed quia haec opinio nimis videtur aspera, ideo melius videtur dicendum, quod aut ille, qui habet propositum intrandi religionem, videt se in saeculo non posse viuere sine peccato mortali, vel non de facili. Si tamen sibi

B periculum peccati mortalis, cum magis teneatur saluti animae suae providere, quam corporali necessitati parentum, non tenet in saeculo remanere. Si autem videt se posse in saeculo conuiesari absque peccato, distinguendum videtur, quia si sine eius obsequio parentes nullo modo viuere possunt, sic tenetur eis seruire, & alia opera perfectionis praetermittere, & peccaret eos dimittere. Si vero sine eius obsequio possunt aliquantulum sustentari, non autem honorifice, non propter hoc tenetur opera perfectionis dimittere. Secus autem est de illo, qui iam religionem intravit, quia cum iam sit mortuus mundo per professionem, solutus est a lege, qua in mundanis obsequijs parentibus tenebatur, secundum doctrinam Apostoli ad Rom. 7. In alijs autem spiritualibus, puta orationibus, & huiusmodi, eis tenetur seruire. Et hoc quod dictum est de introitu religionis, potest etiam de obseruantia virginitatis, & de alijs operibus perfectionis dici.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si aliquis non esset virginitatem professus, non deberet mori fame ante, quam matrimonium contraheret.

AD SECUNDUM dicendum, quod praecipium contrariari consilio nihil prohibet in casu.

ARTICVLVS X.

Virum religiosum, qui emisit votum obedientiae, teneatur in omnibus praelato obedire, etiam in indifferentibus.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod religiosus, qui emisit votum obedientiae, tenetur in omnibus praelato obedire, etiam in indifferentibus: quia per votum castitatis religiosus omni concubitu renuntiat, ergo per votum obedientiae abrenuntiat propriae voluntati quantum ad omnia.

¶ 2 Præceptum B. Benedictus dicit in regula, quod etiam si praelatus impossibile iubeat, tentandum est, ergo multo magis in indifferentibus obedire tenetur.

¶ 3 Præceptum votum obedientiae ad statum perfectionis pertinet: hoc autem non esset, si non teneretur obedire, nisi de his, quae in regula continentur, quia quilibet subditus, etiam saecularis, tenetur suo praelato obedire in aliquibus, quae pertinent ad ius suae praelationis, ergo videtur, quod religiosus teneatur simpliciter in omnibus obedire.

SED CONTRA. Religiosus non tenetur ad plura quam saecularis, nisi quatenus se per votum obligauit: sed per votum perfectionis non se obligauit ad obediendum, nisi secundum regulam, ergo in pluribus obedire non tenetur, quam quae sunt secundum regulam.

¶ 2 Praeterea Bernardus dicit in libro de dispensatione & praecipio, praecipiat mihi praelatus eorum, quae non promisi, nihil prohibeo eorum, quae promisi.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc partim conueniunt omnes, & partim admodum dissentiunt. Quod enim religiosus non tenetur praelato obedire in his

incō- scere stali, quod hoc et atem. niam scipsi clara ois duo na ve- lly; a. lue scipio ter q netur lorē & sic scur. tr. id ortet clusio tratur omē- for la nec ne, ne- rium hū lū 20 ve- plara d hoc rino- riam ens vo. mter- ot. sed ergo pōt. educti- nant. go de a pū. in aī. qd sic a ē mo do ut- struz. sc. sed ia ten ēt in- Vnde um

4. d. 44. q. 1. ar. 1. q. 3.

23. q. 110. 2. 4. ad 5. & q. 137. ar. 3. o. 2. d. 44. q. 2. ar. 3. o.

quæ sunt contra Deum, vel contra regulam, vel quantum ad ea in quibus prælati dispensatio non committitur, oēs cōiter dicunt, quod etiam in his, quæ sunt arctiora quam regula, obedire nō teneatur, sed sic obedire sit obedientiæ perfectæ, ut ab omnibus dicitur. Sed circa indifferentia, vel ea quæ sunt infra arctitudinem regulæ, aut æqualia regulæ, sunt duæ opiniones, quibus scilicet dicentibus, quod obedire in huiusmodi est de necessitate obedientiæ, alijs autē quod non est de necessitate obedientiæ, sed de perfectione. Quæquidē duæ opiniones, & si multum differre videantur quantum ad vocem, tamē quantum ad rem parum, vel nihil differre inveniuntur. Nam ad regulam pertinere intelligenda sunt non solum ea quæ sunt expresse in regula, sed etiam illa quæ quocumque modo ad regulam reducuntur, ut pote quæ pertinent ad obsequium fraternæ societatis, & ad punitionem culparum, ad quæ duo fere omnia huiusmodi indifferentia possunt reduci. Si tamen aliqua sunt, quæ nullatenus ad regulam reducuntur, videtur esse verior opinio, quod obedire in huiusmodi non sit de necessitate obedientiæ, sed de perfectione, ut Ber. manifeste dicit in libro de præcepto, & dispensatione, & hoc ideo, quia obedientia non se extendit ultra potestatem, vel ius prælationis, quæ quidem secundum regulam limitatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod votum continentiarum respicit speciale genus actus: sed votū obedientiarum respicit generaliter omnes actus, unde nisi determinaretur eius generalitas, esset religionum confusio, quia omnes ad idem tenerentur.

AD SECVNDVM dicendum, quod loquitur quantum ad perfectionem obedientiæ.

AD TERTIVM dicendum, quod per votum obedientiarum supponitur religiosus prælato suo quantum ad generalē dispositionē vitæ suæ, licet nō quantum ad oēs actus particulares: secularis autem suo prælato obedire tenetur quantum ad aliquos actus speciales, non quantum ad generalem dispositionem vitæ suæ.

ARTICVLVS XI.

Virum post votum simplex castitatis aliquis matrimonium contrahens, nec reddere debitum, nec exigere possit.

ar. 28. ad 1. d. 30. q. 2. ar. 1. & d. 32. q. 1. ar. 1. & d. 38. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 8.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod post votum simplex castitatis aliquis matrimonium contrahens, nec reddere debitum, nec exigere possit, quia apud Deum non minus obligat votū simplex, quam solenne, ut canon dicit: sed post votū solenne emissum aliquis, nec petere debitum, nec reddere potest, ergo nec post emissionē simplicis voti.

¶ 2 Præ. Per peccatū nullus excusat a peccato: sed iste qui contrahit post votum simplex, peccat, quādo primo debitum reddit, quia adhuc potest votum implere religionē intrādo, ergo postquam semel reddidit, adhuc peccat, vel reddendo, vel exigendo.

SED CONTRA. Ecclesia non cogit aliquos ad peccandum: cogit autem reddere debitum etiam post votum simplex castitatis, ergo reddendo debitum non peccat.

RESPON. Dicendum, quod quantum ad redditio- nem debiti oēs cōveniunt, quod post simplex votum continentiarum tenetur reddere debitum, quia votum simplex matrimonium contractum non dirimit, & ex quo matrimonium est contractum, vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, unde tenetur mulieri debitum reddere. Sed circa petitionē debiti quidam dicunt, quod cum quantum ad hoc sit in sua

libertate, tenetur adhuc votum implere, & ita peccat debitum petendo. Alij vero dicunt, quod si per signa appareat, quod mulier velit sibi debitum reddi, quibus ipsa petere erubescat, quod vir petere debet, etiam post votum simplex, & præcipue si timeat de vxoris lapsu, sed hoc in idem redit cum primo. Nā hæc est ex parte vxoris quædam interpretatiua petitio, & sic vir petendo reddit, unde non efficitur ex parte vxoris grauius matrimonium, quod esset, si semper eam expresse petere oporteret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vtriusque voti transgressio inducit reatum peccati mortalis ex hoc, quod vtrumque æqualiter obligat apud Deum, sed quantum ad impedimentum matrimonij non habet vtrumque æqualem efficaciam. Nam per votum solenne transfert se vouens quasi in corporale obsequium ipsius Dei per susceptionem ordinis, vel introitum religionis. Quod autē aliquis semel vni dedit, non potest postmodum alteri dare: & ideo post votum solenne non potest aliquis se tradere in potestatem vxoris matrimonium contrahendo, sed in voto simplici est sola promissio. Qui autē aliqd alicui promittit, potest idē alteri dare, licet fidem promissionis nō seruet: & ideo ille qui simplex votū emittit, potest postmodum matrimonium contrahere, licet peccet, quia priorem fidem irritam fecit.

AD SECVNDVM dicendum, quod primus concubitus non excusat sequentes, quibus debitum reddit a peccato, in quantum est peccatum, sed in quantum est actus quidam matrimonij cōsummatius.

QVÆSTIO VI.

DEINDE quaritur de his quæ pertinent ad culpam.

¶ Et primò, Quantum ad culpam quæ contrariatur bonis moribus.

¶ Secundò, Quantum ad culpam quæ contrariatur rectæ fidei.

¶ Circa primum quaruntur tria.

¶ Primò, De acceptione personarum.

¶ Secundò, De peccato infamie.

¶ Tertio, De pretiositate vestium.

ARTICVLVS XII.

Virum qui honorat diuitem propter diuitias peccet.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod qui honorat diuitem propter diuitias peccet. Ita enim dicit gl. Jac. 2. Quod si introierit in conuentu vestro &c. Mundus pauperem abiicit, diuitem colit, fides Christi e contra docet facere: sed facere contra fidem Christi peccatum est, ergo honorare diuitem propter diuitias est peccatum.

¶ 2 Præ. Honor secundum Philof. in 1. Ethic. debetur rebus diuinis: sed in diuite non est aliquid diuinum propter diuitias, ergo non debetur ei honor propter diuitias.

¶ 3 Præ. Ex verbis Philofophi in 1. Ethic. colligitur, quod honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis: sed aliquādo diues non est virtuosus. Cum ergo falsum testimonium dicatur esse peccatum, quod non debet fieri propter scandalum vitandum, videtur quod nec etiam causā vitandi scandali diues debeat propter diuitias honorari.

SED CONTRA est glo. Aug. iaco. 13. super illud, Si introierit &c. In quodammodo confessionibus qui prefert quietem pauperi, non in hoc peccat, nisi intrus ita iudicet, ut quanto ditor, tanto melior videatur: sed non semper aliquis huiusmodi exterioribus honoribus diuitem honorans, eum propter hoc iudicat meliorem, ergo non semper peccat.

RESPON. Dicendum, quod accipere personam differt contra accipere causam. Accipere enim causam est iudicium formare ex aliquo quod facit ad causam, quod laudabile est. Accipere vero personam est formare iudicium ex aliqua conditione personae, quae non facit ad causam, quod vitium est. Unde contingit quod ex eadem conditione personae considerata, quandoque fit iudicium iustum, quandoque est acceptio personarum: sicut si in aliqua controversia detur sententia pro aliquo, quia est literator, erit acceptio personarum. Si autem ex hac consideratione in licentiando ad magistrum alius perferatur, non erit acceptio personarum. Si ergo aliquis honor diuiti exhibeatur propter causas, ad quas diuitiae aliquid faciunt, non erit acceptio personarum, erit autem si ad hoc nihil diuitiae operentur. Est autem duplex honor. Vnus qui debetur alicui ratione sui ipsius propter ipsam virtutem, sicut est commendatio, inuitatio, & huiusmodi, & ad hunc honorem diuitiae nihil faciunt: unde si talis honor alicui propter diuitias exhibeatur, erit acceptio personarum, unde dicit Valerius Maximus, quod honores qui virtuti debentur, sicut triumphus, & alia huiusmodi, apud Romanos antiquos nulla pecunia emi poterant. Alius honor alicui debetur secundum statum quem habet in republica, sic enim in persona republica honoratur, & propter hoc reges, & principes, & huiusmodi personae honorantur secundum illud 1. Pet. 4. Regem honorificate. Et quia in terrena republica diuites statum obtinent altiorum, ideo ciues celestis Hierusalem quasi in Babylonia peregrinantes, debent eis inter quos conuersantur, morem gerere, ut Aug. dicit in lib. de ciuit. Dei, in his quae non sunt contra Deum, & sic etiam diuites honorare illis dumtaxat honoribus qui ad exteriorem conuiuium pertinent, licitum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in his quae ad fidem Christi pertinent, peccatum esset diuites pauperibus praeferre, sicut sunt ministraciones sacramentorum, & alia huiusmodi: sed in his quae mundi conuiuium requirit, oportet mundo gerere morem.

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam diuitiae in quantum sunt quoddam bonum, sunt aliquid diuinum, praecipue in quantum praebent facultatem ad multa bene agenda.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de honore qui exhibetur alicui ratione sui ipsius.

ARTICVLVS XIII.

Virum aliquis peccet infamiam non repellendo.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod aliquis peccet infamiam non repellendo. Crudeus enim esse dicitur qui famam suam negligit: sed crudelitas peccatum est. ergo peccatum est infamiam non resistere.

¶ 2. Præ. Eccles. 17. dicitur. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ut scilicet ei proferat exemplo, & verbo: sed hoc impeditur per infamiam, ergo qui libet tenetur repellere infamiam.

SED CONTRA est, quod contemnere infamiam videtur esse actus humilitatis. Vade in vitis patrum

legitur de multis sanctis patribus, qui proprias infamias sustinebant eas non repellentes. ergo non est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod utrumque scilicet & contemptus famae, & appetitus potest esse laudabile & virtuosum. Fama enim non est necessaria homini propter seipsum, sed propter proximum aedificandum. Appetere ergo famam propter proximum, charitatis est: appetere vero propter seipsum, ad inanem gloriam pertinet. E conuerso contemptus famae ratione sui ipsius humilitatis est, ratione vero proximi ignauia & crudelitas. Illi ergo quibus incumbit ex officio, vel ex statu perfectionis aliorum saluti providere, peccat nisi infamiam propriam iuxta posse repellat. Alij vero quibus magis custodia suae propriae salutis imminet, possunt suae humilitatis prouidentes famam, vel infamiam contemnere. Sed cum infamia dupliciter repellatur, scilicet occasione subtrahendo, & lingua detrahentium compescendo, primo modo omnes tenentur infamiam uitare, alias sine scadalo actiuo transiri non posset, quod semper peccatum est: sed secundo modo non tenentur, nisi quatenus debet aliquis saluti proximorum providere: & hoc est quod Gre. dicit 9. Home. super Ezech. Lingua detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ut ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus equanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat: aliquando etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui nos ad bona audire poterant, corda innocentium corrumpant. & infra. Hi etenim quorum uita in exemplum imitationis est posita, debent si possunt detrahentium sibi verba compescere, ne eorum praedicationem non audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant.

¶ Ex his patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Verum uti pretiosis uestibus semper sit peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod uti pretiosis uestibus semper sit peccatum. Omne enim quod fit propter uanam gloriam peccatum est: sed pretiosa uestimenta non portantur, nisi ad inanem gloriam. Unde Gre. in Hom. de diuite epulone. Nemo quippe uestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam quaerit, uidelicet ut honorabilior ceteris esse uideatur. Nam quae pro sola inani gloria pretiosum uestimentum quaerit, ipsa res testatur, quod nemo uult ibi pretiosis uestibus indui, ubi ab alijs non possit uideri. ergo usus pretiosarum uestium semper est peccatum.

¶ 2. Præ. 1. Tim. 6. Haberes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. **¶ Quod** amplius est, a malo est: sed pretiositas uestium est amplius, ergo est peccatum.

SED CONTRA est, quod Seneca dicit ad quaedam reginam. Induere delicate non propter te, sed ne dignitas regia uilescat.

¶ 2. Præ. 1. ad Tim. 2. Non in tortis erinibus, uel auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa gloria ultra modum suum. Et ita si aliquis pretiosis uestibus secundum modum suum utatur, non peccat.

RESPON. Dicendum, quod est hic loquendum de persona publica, & de persona priuata. Nam in persona publica consideratur & status dignitatis, & propriae personae conditio, circa quae duo ita se debet habere, ne dignitatis autoritas ueniat in contemptum, & ne ipse in superbia efferatur. Vtrumque, ergo potest esse laudabile, & quod pretiosis utatur ad reuerentiam autoritatis inducedam, & quod uilibus utatur ratione

Ar. 1. q. 1. c. 2. 22.

22. q. 129. 217. 1. ad 50. 28. q. 131. ar. 1. 00.

22. q. 167.

tione propriae humilitatis, ita duntaxat ne quae ad
authoritatem conservandam fiant, in superbiam
degenerent, & ne dum nimium servatur humilitas,
regentis frangatur auctoritas, sicut Atgu. dicit. Et
hac ratione laudabiliter sacerdos in divino officio
pretiosus utitur indumentis ad reverentiam divini
cultus, & laudabiliter ad huiusmodi propter humi-
litem in quibusdam religionibus abstinetur. In eo
autem qui est privata persona, virtuosum est si pro-
pter humilitatem abiectionibus indumentis utatur,
etiam quam status proprius requirat. Vnde Gre. di-
cit in Home. praedicta. Si abiectione pretiosum indumentum
virtus non esset, evangelista de Ioanne vigilanter
non diceret. Erat indutus pilis camelorum. Licet
est autem ut secundum modum propriae personae pre-
tiosus utatur, sed peccatum est si proprium modum
excedat. Et quia pretiosum dicitur relative sicut &
magnum, cum id quod est pretiosum vni, non sit al-
teri pretiosum, pretiositas vestium semper sonat in
excessum proprii modi, & semper hoc peccatum
pretiositas vestibus uti, & sic loquitur Gregorius.

Vnde patet solutio ad primum.
AD SECUNDUM dicendum, quod in alime-
to & tegumento intelliguntur omnia quae nobis
sunt necessaria, & convenientia nostri status.

QV AESTIO VII.

DEINDE queritur de culpa quae contrariatur
rectae fidei.

- ¶ Et circa hoc queruntur duo.
¶ Primo, Vtrum haereticis sit communicandum.
¶ Secundo, Vtrum redeuntes ad Ecclesiam sint reci-
piendi.

ARTICVLVS XV.

Vtrum haereticis sit communicandum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod hare-
tici sit communicandum. Dicitur enim Mar-
13. in parabola de zizania, quod paterfamilias dixit mes-
soribus. Sinite utraque crescere usque ad messem.
messis autem est consummatio saeculi, ut ibidem di-
citur. cum ergo per zizania intelligantur haeretici,
videtur quod haeretici non sint a communione fide-
lium separandi ante diem iudicii.

¶ 2. Praet. Videntur contra hoc Domini praecipium
facere principes haereticos interficientes.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Cor. 6. Exite
de medio eorum, & separamini, & loquitur de infi-
delibus, quod patet ex hoc quod praemisit. Noli-
te ducere iugum cum infidelibus, ergo haereticis
non est communicandum.

RESPON. Dicendum, quod haereticis communican-
dum non est duplici ratione. Vna est ratione excom-
municationis. Nam cum sint excommunicati, non est
eis communicandum, sicut nec cum alijs excommunica-
tis. Alia ratio est haereticis. Primo propter periculum,
ne eorum conversatio alios corrumpat, sicut illud
1. ad Cor. 15. Corrupti bonos mores colloquia
prava. Secundo etiam ne videamur eorum peruer-
sa doctrinae aliquem assensum prestare. Vnde in 2.
canonica lo. dicitur. Si quis veniat ad vos, & hanc
doctrinam non affert, nolite eum in domum ducere, nec
Aue ei dixeritis; qui enim dicit ei Ave, communicat
operibus eius malignis. Vbi dicit glo. Secundum quod
vox est instituta, communicatio esse ostendit cum illo,
alioquin simulatio est, quod in Christianis esse non debet.
Tertio, ne ex nostra familiaritate alijs derur occa-

23. q. 1. art. 3. 10.

23. q. 10. ar. 9. o. & 4. dif. 13. q. 2. ar. 7. e. & dif. 18. q. 2. ar. 1. q. 1. ar. 1. q. 1. o.

si erroris. Vnde ibidem dicitur alia glo. Et si vos forte
decepti non estis, alij forsitan per talem vestram fa-
miliaritatem possent decipi, qui crederent illos pla-
cere vobis, & sic crederent illis. Vnde alia gl. ibidem
dicit. Tanta Apostoli, atque eorum discipuli in re-
ligione cautela utebantur, ut nec verbi quidem com-
munionem cum aliquo eorum, qui a veritate declina-
verant, habere paterentur. Hoc tamen intelligen-
dum est, nisi cum aliquo loqueremur de eius salute.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in illo praecipio pa-
trifamilias duplex conditio intelligitur. Vna est, ut
exponatur praecipium de universalis separatione ma-
lorum a bonis, & hoc accipitur ex ipsa ratione mes-
sorum qui dicunt. Visimus, & colligimus ea? hoc
non erit usque ad diem iudicii. Secunda conditio est,
ut intelligatur praecipium, quod mali sine periculo bo-
norum extirpari non possunt. Et hoc patet ex ratione
patrifamilias, qui dixit. Ne forte colligentes zizania,
eradicetis simul cum eis & triticum. Quod quidem tribus
modis contingere possit. Vno modo, si aliquis pra-
seinderetur antequam de eius malitia constaret, ut
dicit glo. quod monet Dominus, ne ambigue iudicemus. Se-
cundo, si non esset in malitia obstinatus: unde nullus
excoicatur nisi propter contumaciam: unde dicitur
glo. ibidem. Monemus non cito amputare, quia qui
hodie errat forte cras defendet veritatem. Et Timor,
ut dicitur. Haereticum hominem post primam & se-
cundam correctionem decuit. Tertio, si simul boni cum
malis involvantur, propter quod dicit ibi glo. Aug. quod
multitudo non est excommunicanda, nec principes
populi. Illis autem remotis debent mali praecidi, se-
cundum illud 1. Cor. 6. Auferte malum ex vobis.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum haereticis redeuntibus ad Ecclesiam sint recipiendi.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod haereticis re-
deuntes ad Ecclesiam non sint recipiendi, quia
peccaverunt contra fidem, quae est Ecclesiae funda-
mentum, & ideo in edificatione Ecclesiae non debent
saperi ad fidem, ergo non debent ab Ecclesia recipi.

SED CONTRA est, quod Ecclesia nulli debet claudere
gremium, sicut Christus qui de se dicit. Eum qui
venit ad me, non eieciam foras. Ioan. 6.

RESPON. Dicendum, quod quoad huiusmodi status du-
rat homo non potest esse totaliter in peccato obstina-
tus: hoc non erit in damnatis post mortem. Et ideo quoad
in hac vita vivitur, cuilibet relinquitur locus poenit-
entiae, & quilibet quantum estque deliquerit, vel in fide,
vel in moribus, est ab Ecclesia recipiendus ad poeni-
tentiam, & contrarium dicere est haereticis Novatiano-
rum: sed tamen non est necessarium, quod semper ad dignita-
tem recipiantur, nisi cum aliquibus misericorditer
dispensaretur, praecipue propter bonum pacis, vel
propter fructum alium qui inde speretur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamdiu funda-
mentum fidei non habet, ab Ecclesia recipi non debet, sed
postquam conversus incipit habere, recipiendus est.

QV AESTIO VIII.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre Deum per essentiam.

DEINDE queritur de hoc quod pertinet ad glo-
riam, scilicet visione Dei in patria, sicutrum aliquis
intellectus creatus possit videre Deum per essentiam,
& ut quod non. Intellectus ad intelligibile est aliqua
proportio: sed intellectus creati ad divinam essentiam
nulla

nulla est proportio, cū distet in infinitū. ergo intellectus creatus diuinam essentiam videre nō potest.

¶ 2 Præ. Plus distat spiritus increatus ab intellectu creato, quā spiritus creatus a sensu: sed sensus nō potest cognoscere spiritum creatum. ergo nec intellectus creatus spiritum increatum.

SED CONTRA est, EXO. 33. sup illud. Non videbit me homo, & uiuet. dicit gl. Gregorij. Fuere nōnulli q̄ Deū dicerēt et̄ ī illa regione dissimilitudinis in claritate sua cōspici, sed in natura minime uideri, quos nimirū minor inquisitionis subtilitas fessellit. Neq; n. illi simplici & incommutabili essentie aliud est claritas, aliud ē natura, sed ipsa ei natura claritas, ipsa claritas natura est, & ita essentia Dei uidebitur a beatis.

RESPON. Dicendū, q̄ necesse est ponere diuinā essentiam uideri a beatis. Beatitudo. n. est vltima perfectio rationalis nature. Nihil autem est finaliter p̄fectum, nisi attingat ad suum principium secundum modū suum: quod ideo dico, quia ad principū, qd̄ est Deus, attingit aliquid dupliciter. Vno modo, per similitudinē quod est cōe omni creatura, quæ tantum habet de perfectione, quantum cōsequitur de diuina similitudine. Alio modo, per operationem vt̄ præmittatur ille modus qui est Christo singularis. sin uitate personæ. Dico autē per operationē, in quantum rationalis creatura cognoscit & amat Deū: & quia anima immediate facta est a Deo, ideo beata esse nō poterit, nisi immediate uideat Deū. C. absq; medio, quod sit similitudo rei cognitæ, sicut species uisibilis in pupilla, vel in speculo, non autem absq; medio, quod est lumen cōfortans intellectū, quod est d̄ lumē gloriæ, de quo in Psal. 35. dicitur. In lumine tuo uidebimus lumen: hoc autem est per essentiam Deum uideri. Vnde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creaturæ, quod Deum per essentiam uidebit: sicut philosophi, qui posuerunt animas nostras fluere ab intelligentia agente, posuerunt vltimam felicitatem hominis in continuationem intellectus nostri ad ipsam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ proportio dupliciter d̄r. Vno modo proprie, s̄m qd̄ importat quēdā determinatū excessum, & sic proportio requiritur inter intellectū & intelligibile ad hoc, q̄ sit cognitio cū cōprehensione, qualiter diuina essentia nunquā uidebit̄ ab intellectu creato. Alio modo d̄r cōiter pro qualibet habitudine, & sic infinitū pōt h̄re proportionē ad finitum, si sit perfectio eius, vel aliquā huius habitudinē habeat ad ipsum, & talis p̄portio sufficit ad hoc quod intellectus noster uideat diuinā essentiam attingendo, non comprehendendo.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ obiectio illa p̄cedit de distantia secundū proprietatē naturæ, nō solū secundum rōnem cognitionis. Nā spiritus creatus nō est sensibilis, sed spiritus increatus est intelligibilis.

Finit quodlibet decimum.

INCIPIT QVODLIBET VNDECIMVM.

QUESTIO PRIMA.

ARTICVLVS I.

Utrum solius Dei sit proprium esse ubique.

¶ VAESIIVM fuit de Deo, de angelis, & hominibus. De Deo uero quæsitum fuit de immensitate ipsius, de cognitione eius, & de prædestinatione. Circa immensitatem uero Dei

quæsitum fuit, utrum solius Dei sit proprium esse ubique. Ostendebatur q̄ non. Numerus. n. est in rebus numeratis: sed cōstat q̄ omnes partes uniuersi sunt numerata. ergo numerus est in omnibus partibus uniuersi, & sic uideatur quod sit ubique. non est ergo solius Dei proprium esse ubique.

¶ 2 Præ. Vniuersale est quod est ubique & semper: sed uniuersale non est hoc quod Deus. ergo nō est proprium solius Dei esse ubique & semper.

¶ 3 Præ. Substantia spiritalis excedit corporale: sed hoc qd̄ d̄r esse ubiq; pertinet ad substantiā corporale, quia in solis corporalibus est pprie assignare locū. ergo multo magis esse ubiq; pertinet ad substantias spirituales, & sic v̄ q̄ nō sit solius Dei propriū.

¶ 4 Præ. Ad commendationē terreni regis p̄tinet q̄ possit gubernare et̄ in absentia sua regnā: sed Deus est cōmendabilior omni rege. ergo v̄ q̄ et̄ cōpetat sibi ad suā cōmendationē q̄ gubernet totū mūdū, vel aliquas partes in absentia sua per prouidentiam, & sic non v̄ q̄ sit Dei proprium esse ubique.

¶ 5 Præ. Constat q̄ quadam dicuntur Deo esse propinqua, & q̄dam remota, & quāto magis sunt remota, tanto magis sunt corruptibilia: non aut̄ possent dici aliqua propinqua, & aliqua remota si Deus esset ubique. ergo uideatur quod Deus nō sit ubique.

¶ 6 Præ. Dato q̄ tota machina mūdialis esset unū corpus cōmū, constat q̄ illud corpus esset ubiq;: non ergo est solius Dei proprium esse ubique.

CONTRA. Ambr. p̄bat Spiritum sanctū esse Deū, q̄a est ubiq;: sed si esse ubiq; non esset solius Dei proprium, ratio sua non ualere. cum ergo rō h̄mōi ualeat, uideatur q̄ sit solius Dei proprium esse ubique.

RESPON. Dicendū, q̄ spiritualia dicuntur esse in loco, non quidē p̄ contactū magnitudinis, sed uirtutis, & ideo s̄m rōnē uirtutis cuiuslibet rei spiritualis oportet nos loqui de loco in quo est. Virtus autē Dei est infinita, q̄ quidē infinitas apparet quantum ad duo. Primo, quia nō solum excedit creaturas, quæ sunt, fuerunt, & erunt, sed et̄ oēs quæ possunt imaginari. ergo Deus non solū est in illis q̄ sunt, fuerunt, & erunt, sed et̄ in illis q̄ possunt imaginari esse. Secūdo, quia uirtus Dei simul & semel in omnibus operat, & in singulis s̄m propriū modū rerū, & iō esse ubiq; proprie acceptū, soli Deo cōpetit: alijs aut̄ rebus cōpetit esse ubiq; improprie. Vnde distinguit̄ modus quo Deus est ubique, & quo aliæ res quibus aliquo modo cōpetit esse ubique. Nam h̄mōi dicitur esse ubique, quia sunt tātum in his quæ sunt, & præsentia sunt: Deus autem non solum in his quæ sunt, sed et̄ in imaginatis, & in præteritis, & futuris.

¶ Itē. Aliæ res non sunt ubiq; sicut in loco vno, sed sicut in diuersis locis: sed Deus ita est ubiq; q̄ est in quolibet & in toto, q̄a eius uirtus habet efficaciam nō solū in id qd̄ est cōe uniuerso, sed et̄ in id quod est proprium uniuersū rei particulari, & ideo est in omnibus sicut in vno loco, & sicut in pluribus, qd̄ est pprie esse ubique. Vnde cum hoc modo solus Deus sit ubique, solius Dei est propriū esse ubique.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod numerus nō est in rebus numeratis sicut in loco, sed sicut accidens in subiecto.

¶ 2 Præ. Vnus numerus, licet sit in omnibus numeratis sicut unica essentia, non tamen est in qualibet parte, quia non quælibet pars numeratur eodem numero. Item. Numerus nō est omnino unus, sed multitudo quedam: Deus autē est in rebus per uirtutem suam, & in singulis operatur, ut dictum est.

AD

51. q. 2. ar. 3. c. re. q. 10. ar. 11. c. 4. c. 3. p. q. 7. ar. 1. c. & q. 13. ar. 10. q.

D. 466.

D. 466.

c. & ad 3. ar. 71. c. h. & opus 3. 4. 197

3. par. q. 3. ar. 11. c. 2. & 4. o. & 1. d. 37. q. 8. o.